Virginis faciē subfusco colore delineavit, quamvis capillos
candidè veritate fateor) quamvis, inquā, capillos multi
fateantur rubros, quod tn̄ nihil obstat, quo minus rubro
colori niger nec tantillū cedat, si n. nobilior fuisset
rufus color, Putasne fuisset perfectè pulchra Virgo Augustissi=
ma, quo pulchrior eē poterat si rufa fuisset? Sed si ~~..~~ cæsari=
es tantæ Virginis nigra fuisset, non in tantā admirationem Ejus
sponsū rapuisset, quid? an tanta non erat divini vultus Maiestas
ut etiā absque capillis infinita admiratione oculos inspicientiū per=
stringeret, an tanta decora erant tenui pendentia filo? Sed
pergamus ad alios si rubros invenire possimus: Joannē Baptistam
consideremus, at fuscus ē: Augustinū intueamur, at niger ē:
Basiliū contemplemur, at eiusdē coloris ē, ubi ergo rufi? forte
in Samsone aliquid reperiemus, at herculè nihil præter vulpes
rufas aspicio. Sed forte coeutio, Vos ergo Aud. mihi ostendite
quoddam Specimen elegantis formæ, cui rubros capillos arti=
fices pictorū penicilli affinxerint, hoc si feceritis (videte
quantū causæ meæ confidā) victoriæ parte cedo, verum si
quod puto, fateri volo, nusquā vel apud Trivij pictores inveniemus
quorū colores sola ē cerussa: Sed pictoribus nō ē credendū:
Quid nō ē credendū? quod nemine præter Sansonis vulpes fin=
gant rubros? at quare nō ē credendum, quia illis æqua ē pote=
stas quidlibet audendi? præclarè! audite quæso Aud. ornat:
quam malè argumententur: putandū ne ē ignorare colorū
elegantiam? non ignorant, si nō ignorant, data ergo opera
desipiunt, et sibi suas Laudes invident, dū elegantē effigiē
nullā pingunt, si pulchrā hunc colorē attribuunt nemini.
imo ~~sint~~ sint pictores stupidi, nolint Elegantibus coloribus uti,